

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacræ Regiæ Majestatis
Borussicæ Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus
Status Et Rei Bellicæ, Ordinis Nigræ Aquilæ Equitis Etc.
Jus Civile Controversum Ubi ...**

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

Cocceji, Samuel von

Lipsiæ, 1766

LIB. XLII. TIT. IV. Quibus Ex Causis In Possessionem Eatur.

urn:nbn:de:gbv:45:1-9050

QUIBUS EX CAUSIS IN POSSESSIONEM EATUR.

Qv. I. *An magistratus municipales quoque in possessionem mittant?*

Laut. pag. 582. verb. non etiam &c.

NEGATUR: Quia mittere in bona magis imperii est: minoribus autem magistratibus pignora tantum capere licet. *L. 4. de Jurisd. L. 26. pr. & §. 1. Ad Mun. Vid. supr. tit. de Jurisd. qu. 6.* Nisi sententiæ exequendæ causa missio fiat. *L. f. de Off. ejus. L. un. Si quis jus dic.*

Obj. l. 4. §. 3. de Damu. inf.

RESP. Magistratus Municipales id habent ex mandato Prætoris. *L. 1. h.*

Neque hodie id mutatum: nam concessa bassa jurisdictione, tantum multæ, vincula & pignorationes continentur: neque videndum, quid quandoque fiat, sed, si contendant duæ jurisdictiones, quid juris sit.

Qv. II. *An creditor conditionalis quoque mitti in bona possit?*

AFFIRMAT. *L. 6. pr. h.* quoties scilicet caveri ipse debet, adeoque ex iis tantum causis, quibus missio fit, ut cautum sit: ut in legatis, *l. 11. l. 4. §. 1. h.* vel si debitor latitet, *d. L. 6.* item si dolo debitor prodigat. *arg. §. 1. de Div. stip.* Id enim in primis pendente conditione petitur, ut securus sit creditor, *l. p. §. 1. ibi: interest ejus, cautum habere &c. h.*

Secus ergo, si missio fit ex iis causis, quas executio sequitur: ex secundo enim decreto creditor conditionalis mitti nequit, *d. l. p. §. f. l. 7. §. 14. h.* quia actuale debitum nondum hic est, indeque res vendi nequit.

Qv. III. *An missio fiat in bona debitoris, etiam sine dolo latentis?*

AFFIRMATUR: Quia missio hæc fit, ut cautum sit; nec ad hoc requiritur dolus, vel, ut intelligere possit debitor: unde hæc missio fit in bonis pupilli & furiosi. *l. 6. §. 1. l. 7. §. 1. h.*

At



At ut vendi possint, requiritur, ut debitor latitet, fraudandi credito-
ris gratia, de quo casu agunt *LL. obfl. d. l. 6. §. 1. l. 7. §. 1. seq. h.* Unde
requiritur, ut is, in cujus bona hæc missio fit, sit doli capax.

Qv. IV. *An Jure Novellarum creditores mittantur ex pri-
mo decreto in partem saltem bonorum?*

RESP. In *Nov. 53. c. 4. §. 1. Et seq.* tantum venditio & executio fit *Laut. pag.*
pro rata; adeoque loquitur de missione ex secundo decreto. In *583. verb.*
missione prima ergo nihil mutatum est, sed ea fieri in omnia bona de- *Hodie cre-*
bet, contraria tamen sententia ex errore obtinuit, & Jure Canonico fir- *ditores*
matur. *C. f. in f. Ut lit. cont. &c.*

Qv. V. *An missus ex primo decreto possideat?*

NEGATUR, sed detinet tantum: nam non tenet sibi, sed alii, qui
speratur adhuc pariturus: est ergo nuda custodia, *L. 12. h. t. l. 5.*
Ut in poss. leg. L. 3. in f. de Acquir. vel amitt. poss. l. 15. §. 20. de Damn.
inf. quam tamen tueri potest remediis juris, L. 2. C. de pract. Pign.

Atque hinc non OBSTAT hæc *L. 2. ubi is,* qui prætorium pignus
habet, possessionem habere dicitur.

RESP. Ad eum effectum, ut remediis Juris ablatam custodiam tue-
ri & vindicare possit.

LIB. XLII. TIT. V.

DE REBUS AUTORITATE
JUDICIS POSSIDENDIS, AUT
VENDENDIS.

Qv. I. *An illi creditores, qui propter actionem realem ex pri-
mo decreto missi sunt, mitti quoque possint
ex secundo?*

AFFIRMAT *Lauterb. h. t.* Sed verius est, in missio ex actione *Laut. pag.*
reali non opus esse secundo decreto, sed sufficere lapsum anni, *584. verb.*
ex quo constituitur verus possessor. *Gail. de Arrest. c. 1. n. 16. Brunn. etiam*
Paratitl. ad tit. de Damn. inf. qu. 36. propter
Et c.

Qv.

